

137
de anno 1535.

75/

Ioachimus Dei gratia Princeps

Anhaltinus etc

Gratia et pax à Deo Patre, per Dominum nostrum
Iesum Christum. Quemadmodum saepe alias, ita
et nunc quoque animam tuam mihi bene affectam
liquido persentis, Reverende sacrarum literarum
artistes, me gemina epistola tua venge viva et scri-
pta alloquendo; in quo rem sane mihi haud vulgari-
ter gratam prestiteris. Atque utinam te Magistro
Francisco faciendum comitem, chamo et freno
istius remora sapientiae ruptis, praeberes, et in tuo
allogquio, quod Nestoris illius Homeriani sermone
nobis dulcius fuisset, ego una cum meis fratribus
acquiescerem. At speramus Deo volente futurum,
ut victrice stultitia adversus istam sapientiam
victoriam obtinente nostris obtutibus tuam istam
iucundissimam profectam sis exhibiturus, ut non
nihil de torrente benedictionis Evangelii Christi
Iesu te presente hauriamus, quem Deo gratia,
bonam terrae partem in undis haurire totis oculis spe-
ctamus. Valeas bene digneque mei meorumque fratrum
in suis precibus ad Deum memor. Velim quoque meis
verbis dicas Tuae conjugii Germana mihi
necessitudine copulata plurimum salutis. Iterum
vale. Datum Dessaviae 13 Junij Anno 1535.

Inscriptio

Viro Dni. D. Martino Luthero
sacrarum literarum

D. Martino Luthero Joh. Forsterus.

Gratiam et pacem per Christum.

Spero tuam praestantiam meas ab auriga meo accepisse
litteras, vir clarissime, quibus ego me saluum huius cum
domo mea pervenisse significavi. Quare nunc operis
pretium esse dixi ea solum praestantia tua indicare,
quod

76/